



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Cap. XI. De Extrema Unctione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

QUÆRES.

3906 *Petrus est certus de debito, dubius vero, an Franciscus, vel Joannes sit creditor. An possit virtute Bullæ componi?*

Resp. cum distinctione; vel Petrus est certus de disjunctivo creditorum, nimirum, quod creditor sit aut Franciscus, aut Joannes; vel est præcisè dubius, an creditor sit Franciscus, aut Joannes, & diligentis peractis non potest se determinare. Si primum, non potest componi, sed debet restituere utriq; pro rata dubii, juxta dicta n. 2699. Quod si post divisionem constet, unum illorum esse dominum, non tenetur alter suam partem illi restituere, si divisio fuit facta communi consensu; quia in prima divisione unusquisque cessit juri suo. Mendo *cit. n. 13.*

Si secundum, potest componi; ratio disparitatis est, quia in primo casu, licet Petrus sit dubius de persona determinata, est certus de disjunctivo duorum; adeoque habet locum justitia refarcienda, cui cedit privilegium Bullæ. In secundo casu Petrus est præcisè, & absolutè dubius de persona determinata, adeoque habet locum jus privilegii Bullæ, quo non potest quis spoliari per purum dubium.

Privilegium Commissarii Cruciatæ ad dispensandum super impedimento affinitatis: *v. in n. 4242.*

De Bulla fusæ agunt Bardi, Mendo, Latus Tamb. & Diana *p. 1. tr. 11.*

CAPUT XI.

De Extrema Unctione,

3997 **E**Xtrema unctio, est Sacramentum novæ legis, constans unctione olei sacri, & Sacerdotis deprecatione, ordinatæ ad salutem moribundi, quoad animam, & corpus,

Fuit institutum à Christo, & postea prærogatum Jacobi c. 5. *Infirmatur quis, vel inducat Presbyteros Ecclesie, ut orati eum ungentes illum oleo in nomine Domini, oratio fides salva abie infirmum, & salvari eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei.*

MATERIA, ET FORMA.

3908 **M**ateria Remota, est oleum durum, quod quantum ad valorem debet esse ab Episcopo benedictum: colligitur ex Tradit. Apost. & ex Conc. Florent. *Archiepiscopus instruct.* Quod debet quolibet anno renovari in Cœna Domini, veteri exulto. Si novum haberi non possit, licet uti antiquo.

Item (si id requirat necessitas, ob infirmitatem copiam) licitum, & validum erit Sacramentum, si oleo benedicto superaddatur aliud oleum non benedictum, dummodo singulis vicibus minor quantitas addatur benedicti: liquet ex antiqua praxi Ecclesiarum, & ex Declar. S. Congr.

EMINENTISSIMI, ET REVERENDISSIMI SIGNORI.

3909 **D**eterminando si nel decreto della testa Sacra Congregazione, fatto sotto li 2. Marzo 1679. sopra la condotta di 65. propositioni, che circa il valore del Sacramenti non si debba seguire l'opinione contro versa trà Theologi, se per probabile, lasciata la più sicura, ut elletta opinione contro versa trà Theologi, se per supplire all' Olio Santo, che mancasse, se lecito aggiungerne del non benedetto, e volte, purchè l'aggiunto considerato separatamente, e in ogni aggiunta sia in minor quantità del Olio Santo, benchè considerata tutte le aggiunte insieme fosse maggiore, e qui è nato dubbio nella Diocesi di Sessa, nella quale per la sua vastità è impedito benedire tant' Olio, che basti ista...

se sia lecito fare detta aggiunta all' Olio
Sacro, per esservi molti Theologi, che ten-
gono l'opinione negativa per più sicura. On-
de per haver la resolutione di tal dubbio, l'
Arcivescovo di Sevilla, devotissimo Orato-
re, fece porgere all' EE. VV. un memoriale
consultivo, nel quale si deducevano le opi-
nioni de Theologi sopra questo punto, Ma
non havendo sin' hora havuta la dichiaratio-
ne supplica perciò l'EE.VV. degnarsi di dar-
la per sicurezza, e quiete della conscienza
propria, e del suo gregge. Ufches.

Festa quarta die 23. Septembris 1682. in
Generali Congregatione S. Officii habita in
Conventu S. Mariæ super Minerva coram
Eminentissimis, & Reverendissimis Domi-
nis R. E. Cardinalibus in tota Republica
Christiana contra hereticam pravitatem Ge-
neralibus Inquisitoribus à S. Sede Apostolica
specialiter deputatis,

Letto supradicto memoriali, Eminentissi-
mi, & Reverendissimi Domini Cardinales
Inquisitores predicti decreverunt in casu
supposito, Possè.

Franciscus Richardus, S. Rom. & Univer-
sali Inquisitionis Not.

3910 *Materia proxima*, est unctio cer-
tam partem corporis.

3911 *Forma sunt verba*: *Per istam san-
ctam unctiorem, & suam piissimam misericor-
diam indulgeat tibi Deus, quidquid per visum
deliquisti, Amen.*

Invocatio Trinitatis non est de essentia,
quia Conc. Flor. & Trid. præmissam formam
non præscripserunt.

Dubia est hæc forma: *Ungo te Oleo Sancto,
per suam misericordiam indulgeat tibi
Deus etc.* Quia plures Doctores negant, eò
quod forma essentialiter profertur modo
deprecativo, non indicativo.

3912 Unctiões sunt faciendæ in quinq;

senibus corporis, sub eadem forma, expri-
mendo tamen nomen sensus, qui unitur.
Videlicet: Ad oculos, *quidquid per visum
deliquisti, Amen.* 2. Ad aures, *per auditum.* 3.
Ad nates, *per odoratum.* 4. Ad os, compressis
labiis, *per gustum, & locutionem.* 5. Ad ma-
nus, *per tactum.* 6. ad pedes, *per gressum.* 7.
Ad lumbos seu renes, *lumborum delecta-
tionem.* Unctio renum in feminis non est
decens, ideo omitti solet; eò maximè quia
unctio ad pedes, & renes non est essentialis:
v. n. 3917.

3913 Muti, surdi, cæci, aut mutilati, un-
gi debent propè organa sensuum, quibus ca-
rent; quia peccare potuerunt, licet non per
sensus externos, per potentias internas illis
correspondentes, vel per desiderium actus
illiciti. Arsdokin tom. 2. pag. 272. n. 10.

3814 Non sufficit ad valorem unica un-
ctio, nec pro materia Chrismæ, de quo in un.
3013. sed debet esse Oleum benedictum di-
stinctum à Chrismate, Scotus in 4. d. 23. lit.
D. quia opiniones affirmantes, utpotè minus
tute, & exponentes sacramentum frustratio-
nis periculo, non sunt practicandæ, nisi in
casu necessitatis, quo non adesset nisi Chri-
smæ, vel non possent fieri omnes unctiões,
juxta dicta in 77.

3915 Unde tempore postis, aut alterius
necessitatis, qua omnes unctiões fieri non
possent, unica unctiõe ungi potest unum
organum magis promptum, vel potius ca-
put, ubi omnes sensus vigent, vel melius
(si fieri potest) ungat velociter, & sine cru-
cis forma unum oculum, aurem, natem, ma-
num, & os, dicendo sub una forma totali:
*Per istam sanctam unctiõnem, & suam piissi-
mam misericordiam, indulgeat tibi Dominus,
quidquid deliquisti per visum, auditum, odo-
ratum, gustum, gressum, & lumborum de-
lectationem, Amen.*

3916

3916 Tempore pestis Sacerdos potest facere unctioes sine contactu immediato manus, utendo virga longa Oleo tincta, quam postea comburat; & hoc pacto singulas unctioes perficere poterit. Aeldekini *cit. n. 2. Diana.*

MINISTER

3917 Hujus sacramenti, quo ad valorem est solus Sacerdos, idque ex institutione Christi: *ut in num. 3907.* Ad licitè ministrandum debet esse Sacerdos proprius, vel Parochus, aut Sacerdos de licentia Parochi.

3918 Est validum, si à pluribus Sacerdotibus simul fiant unctioes. Sieri *num. 167.* Quid de Regularibus: *v. n. 417.*

SUBJECTUM

3819 Est infirmus in probabili periculo mortis constitutus ex morbo, vulnere, partu, vel senectute. Constat ex verbis Jacobi *num. 3907.* Unde hoc sacramentū ministrari non debet, *Navigantibus*, etiam si imminet submersio; Militibus proximè bellum aggressuris, damnatis ad mortem, aut parturientibus, nisi ex partu antecederet, vel postea orta sit mortalis infirmitas; quia partus ex se non est infirmitas; & hoc sacramentum non est institutum pro sano. Scotus *cit. litt. B. v. num. 2912.*

3920 Pueris usum rationis habentibus danda est Extrema Unctio, licet non communiō: Item moribundis sensibus destitutis, licet communionem non possint recipere; si ante petierint, signum doloris dederint, aut Christianè vixerint. Idem dicit de phreneticis, & delirantibus; non potest autem dari perpetuò amentibus, Potest dari vulnecatis, vel morfa venenoso laxis.

3921 Qui hoc sacramentum recipit, debet esse in gratia, saltem per contritionem: *2962. C. n. 2.*

3922 Spontè negligere hujus sacramenti susceptionem, non esse mortale, sed veniale, docet communis; quia hoc sacramentum non est necessarium ad salutem, sed tantum utile; & nullibi constat de recepto. *Mastrius dif. 21. num. 79. in Poncium.*

3923 Effectus hujus sacramenti sunt, augmentum gratiæ sanctificantiæ, & alia contra demonum tentationes, & remissio venialium primariò, & perle, Remissio etiam mortalium, secundariò, & per accidens, puta si infirmus reperitur cum peccatis mortalibus, qui invincibiliter ignorat, quatenus beatus confessus est, sed ob aliquem defectum essentialem, quem invincibiliter ignorat, confessio fuit invalida. Idem contingere potest in amente, qui ante incidit in peccatum mortale, de quo solam habet contritionem. Tunc per accidens hoc sacramentum confert primam gratiam, juxta illud: *in Peccatis sit, remittentur ei.* *3. Est remissio reliquiarum peccati;* ex *Trid. sess. 14. c. 2. Peccatorum reliquia,* ex *D. Thoma 2. 2. q. 85. a. 2. languor animi, torpor, macor, tristitia, anxietas, & similes affectus quæ ex peccatis præteritis orta sunt, & in confusionem inducere, 6. Est remissio infirmi ab aegritudine corporis.*

3924 Hos effectus causari in contritione, docet Diana, Aretinus, & alii, quia tunc sacramentum est communiō: *Mastrius* verò cum aliis vult, in contritionibus causari gratiās partiales, & dependentes ab alia, de quo *Scotus* dicit: *Illud est certum, hoc sacramentum unum unitate integritatis, non unitate*

DE ORDINE.

Indicium est in Exam. Ord. in tom. 3. a. 1.

DE MATRIMONIO
CAPUT I.

De Sponsalibus.

Sponsalia sunt, promissio deliberata, signata signo sensibili expressa, seu matrimonii, inter personas iure habiles. Hinc ad valorem, 1. Non sufficit propositio, quia non inducit obligationem, sed tenetur promissio: v. n. 173 §. 2. Non sufficit, si promittat, alter pure acceptet, sed recipiat, quod uterque promittat, 3. Requiritur etas septennii, quia tunc præsumitur iuramentum, ut promissio sit voluntaria, deliberata: v. n. 1789.

3925 Si parens, aut curator contrahat pro filio, aut filia præsentem, & non contradicente, valida sunt sponsalia, si adit metus, quia jus accipit taciturnitatem pro expressione consensu. Si vero contrahat pro absente, tunc si filius, aut filia impubes, ut sponsalia sint valida, opus est, ut consentiat, seu ut illa, quando scit, expresset tacite aliquo signo sufficienti ratificet. Si impubes, valida sunt sponsalia sine ejus consentimento; quando tamen est factus pubes, tenetur illa implere, non ex necessitate contractus, sed ex debito honestatis: v. n. n. 179.

3927 Sponsalia valida obligant sub mortali, si quis contrahat matrimonium, quando ab altera requiretur, nisi prefixus sit terminus. Exam. Ecclesiast. Tom. 1.

minus, Et qui recusat potest cogi à iudice etiam per censuras.

3928 Si quis dicat, Non ducam aliam, quam te, non sunt sponsalia; quia illa verba sunt vera, etiam si nullam ducat.

3929 Qui promissit simulatè aliquam ducere per se non tenetur ad nuptias sed damnnum inde ortum compensare. Si autem sub tali promissione puellam induxit ad copulam, tenetur eam ducere, Nisi illa esset iogè inferioris conditionis, v. g. si vir esset nobilis, illa agricola filia; sed satisfaciet dotando. Quòd si illa sua disparitatis conscia consensit in copulam, amittit jus ad dotem, quia censetur ipsa ultero decipi voluisse: v. n. 2143.

3930 Sponsalia posteriora contra priora, etiam si jurata, aut copula accesserit, sunt invalida.

3931 Liberi qui parentibus insciis contraxerunt sponsalia, etiam cum eis, qui imparis sunt conditionis, obligantur, nec à parentibus impediri possunt, nisi magnum scandalum ex matrimonio timeretur. Dianap. 9. tr. 7. res. 71.

3932 Restitens culpabiliter à sponsalibus, perdit suas archas, & tenetur alterius partem reddendas, ac ad restitutionem, quantum ejus intererat etalem contractum impleri: v. n. 13938.

3933 Ubi Trid. non est receptum, sponsalia iure antiquo transeunt in matrimonium per quævis signa exteriora maritali affectu exhibita: v. g. per copulam: ubi vero Trid. est receptum, hæc signa non tenent, nec sunt licita, si sint clandestina sine Parocho, & testibus: v. n. 5421238.

3934 Habet tamen matrimonium clandestinum vim sponsalium validorum, ita ut teneantur matrimonium contrahere coram Parocho, & testibus, si contrahentes sint impuberes, minime si sint puberes, quia Trid. sess. 24. c. 1. de matr. declarat omnino inhabiles ad contrahendum clandestinè contrahere.

H h h h h e p.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN